

De Castris super Ecclesia a Comite nuper constructis & de Willelmo Marvallenfi cuius hominum te Comes accepit.

De filio Maynerii ab Episcopo Comiti ablato.

De hominibus & terris a Comite fuisse interceptis.

In compositione hac apud Sayfel facta, quid Episcopo, quid Comiti in dominio & iusticia Gebennensis Civitatis atineret, continetur.

De his, que ad Episcopum pertinent.

ipias decimas a Comite tibi factam esse, ita positum est: Ut compositionem esse factam ostenderes, & teneretur; sin autem, feudum decimarum Comiti dimitteres; salvo quidem episcopali jure & Apostolica Sedis mandato. Tu vero post hac aliam proposuisti querimoniam de castris super Ecclesia a Comite nuper constructis, & de Willelmo de Marvallo, cuius hominum Comes indebitè acceperat, & proinde ab Ecclesia Gebennensi, cuius per omnia esse debuerat, alienaverat; inde nimirum prefati concordatores sic de castris composuerunt: Ut quacumque super terram Ecclesia per Comitem constructa fuerant, si probari posset, omninò destruerentur; alioquin, si super terram Comitis erecta essent, integra remaneret, ita sane quod rebus Ecclesia in aliquo non nocerent. Præterea de Willelmo Marvallenfi ita est ordinatum: Ut, quia vir nobilis est, si vellet, feudum Comitis dimitteret, & hominio Comitis irrito facto, ad Gebennensis Ecclesia dominium & Episcopi rediret, si mallet feudum Comitis & ejus dominium tenere, feudum Ecclesia in pace dimitteret, & exinde nullam exactionem Comes Ecclesia faceret. De cetero querimonia Comitis fuit de filio Maynerii, quem tu ei abstuleras, super quo satis ad plenum a te responsum est habitum, videlicet quod mater ad dominium Ecclesia Gebennensis atinebat, & propter hoc filio Maynerii feudum Ecclesia dederat, quia ex parte matris quaeserat, & ad ipsum spectabat. Quocirca positum est, si Comes ipsum filium Maynerii habere vellet, ille feudum Ecclesia ad pacem dimitteret, & a Comite vel ab aliquo nulla ex hoc gravamina Ecclesia inferrentur. Porro de hominibus & terris Ecclesia, a Comite & a suis interceptis & superceptis, a te querimonia deposita fuit, super communi consilio Compositorum dictum fuit: Ut in quibus partibus Gebennensis Episcopatus hujusmodi controversia habebatur, pro examinanda veritate circa locorum affinitates, quatuor ex parte tua, & quatuor ex parte Comitis homines boni testimonii & indeque ad iusjurandum censura ecclesiastica cogentur; & quod ipsos constaret, tactis sacrosanctis Reliquiis de justa possessione Ecclesia vel Comitis profiteri, ab utroque vestrum firmiter imposterum teneretur. Inter cetera vero, quæ continentur in compositione apud Sayfel facta, continentur & hæc: Ut recordationes factæ post iusjurandum per homines Episcopi & Comitis, Amaldricum videlicet Gebennensem Cantorem & Canonicum, Willelmum Borri Decanum, Richardum Vicedominum, Willelmum de Bo'co, sicut recitate fuerant communi assensu, tui scilicet & Comitis, in presentia memorati Petri Tarrantensis Archiepiscopi, & Amedei Laufannensis Episcopi, atque Abbatum totius Gebennensis Episcopatus, Rodulphi de Alta-comba, Stephani Chisriacensis, Moyfi de Bonomonte, Borch. de Habundantia, Pontii de Six, necnon Rodulphi Agannensis Abbatis, & multorum religiosorum & honestorum virorum assistentium in Episcopali domo apud Gebennas, quid Episcopo, quid Comiti in dominio & iusticia Gebennensis civitatis atineret, firmiter ab utriusque teneretur. Recordationes sunt istæ; Bannum totius Geneve, in omnibus & per omnia tuum solummodo esse: Iustitiam & dominium cuiusque sit hominis ad te tantummodo pertinere; Adventitios quoque,

ex quo per annum, & diem Gebennis moram fecerint, tuos solummodo esse; Comes verò in tota Geneva nullos homines capere debet: Hospitalitatem placitum generale, foraciones vini, corodam, & mutationes domorum, si dominus mortuus fuerit, debet dominus possidere: Forum totius ville & iustitiam fori ad te solummodo pertinere: pedagium ripale, & pasqua similiter; Comes quoque per se vel aliquem de suis in pascu Gebennensibus nullas equituras capere debet: Monetam in manus tuas tantummodo esse: Si quis verò latro captus fuerit, ipsum & omnia ejus tu habere debes: Statio Comitis Gebennis cognitione tua sit, ita tamen ut Comes, & familia ejus, Ecclesia, & civibus, & ecclesiasticis rebus non noceat; Comes etiam aut aliqui de suis vadimonia sua per vim alicui, & nisi eque valent, minime ponant, & non aliter quam ad pacem creditoris eadem dimittant; hæc tamen Episcopalia. De his verò que ad Comitem spectare videntur sunt hæc: Comes est & bonus Advocatus sub Episcopo esse debet; tantam denique familiaritatem ex dilectione in domo Episcopali habere debet, quod in mutationibus officiorum ejusdem domus, si tu inde quaestionem habueris, druiliam tibi admodum habere debet. Tu quoque si adversus aliquem de familia sua commotus vel iratus fueris, ad Comitem refugium habebis; & donec tibi congruè satisfiat, Comiti eundem tenere licebit: simili modo de familia Comitis a te per omnia tenebitur. Quavis verò de latrone sicut superius continetur fiat, si ad damnandum, vel aliquam inde iustitiam faciendam fuerit deputatus, Comiti tamen pro peragenda iustitia reddetur; consequenter & de monetariis, si salam aliquando monetam fecerint, iussu tuo Comes iustitiam faciet. Quoniam igitur Comes modum excedens, multa & maxima damna tibi intulerat, & Canonicis similiter domosque hominum tuorum diruendo destruxerat: dixerunt Compositores: Ut quadraginta libras pro restauratione damni per solvent, & Canonice vero damnum suum ad eorum libitum & misericordiam emendant; in redintegratione quoque domorum hominibus, quorum fuerant, ad eorum pacem emendationem Comes faceret. Dictum est autem: Ut omnibus hominibus tuis, quos Comes pro malivolentia inter se & te habita hodie habuerat, pacem redderet; similiter & tu ipse hominibus Comitis pacem faceres, exceptis illis, qui tua abstulerant, illa videlicet, quæ Comes minime habuerat, de quibus dictum est, ut Comes tibi super ipsis iustitiam, donec ablata juxta beneplacitum tuum redderentur, faceret: sive autem tu ipse iustitiam tuam proinde faceres, Comes verò in nullo tibi contradiceret. De piscatione verò, unde tu querimoniam feceras, ita positum est: Ut bonas consuetudines, quas homines tui ab antiquo per lacum habuerant, semper in pace haberent. Fuit & querimonia tua de piscatione in Venna, quam Comes abstulerat, super quo a compositoribus dictum est: Ut quando Comitem vocare velles, in Curiam tuam venire, ac per cognitionem Curie in pace remaneret. De Rodulpho quidem sancti Gervasi, quia Comes inde conquestus fuerat, sic positum est: Ut investitura Ecclesia remaneret, etsi Comes vellet super hoc in Curiam tuam venire, & se-

Et de his, que ad Comitem spectare videntur.

De peragenda iustitia.

Quadraginta libras a Comite Episcopo pro restauratione damni per solvent, & Canonice vero damnum ad eorum libitum Comes emendat.

De piscatione.

Et de Rodulpho sancti Gervasi.

XVI.

Hanc compositionem inviolabiliter observandam statuit, eamque presentis privilegio munivit.

Sanctio pontificis.

Pax & benedictio servandus.

Hadrianus PP. Sigillum.

Et subscriptio.

Subscriptio quoque Card. S. R. E.

Dat. die 21. Maii anno Domini 1157. Pontif. anno III.

cundum quod dictum erat, vel adhuc diceretur. jus suum uterque possideret. Si quis verò pacem hanc vel concordiam temerario ausu infringere temptaverit, dictum est ab ipsis Compositoribus, ut tu inde iustitiam facias, & Comes infra quadraginta dies, & tua pro facta iustitia non offendant. Ut igitur compositio ipsa futuris semper temporibus inviolabiliter observetur, eam Apostolicæ Sedis auctoritate duximus confirmandam, & presentis privilegio munendam. Decernimus itaque, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire; Si quis autem hoc attemptare presumpserit, secundo tertiove commonitus, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Cunctis verò eam servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.



Confirmatio bonorum omnium Gebennensis Ecclesia, & largitionum eidem factarum a Friderico Anobarbo Imperatore.

Adrianus Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Ardugio Gebennensis Ecclesia Episcopo, ejusque successoribus, canonicè substituendis, in perpetuum.

CUM ex injuncto nobis a Deo Apostolice latu officio, quo cunctis Christianis paci & tranquillitati debeamus intendere; presertim pro illorum quiete oportet nos esse sollicitos, qui Pastoralis dignitate sunt præditi, & ad officium Pontificale promoti. Nisi enim ipsorum jura, in quantum Deo permittente possumus, integra conservemus, & auctoritate apostolica eos a pravorum incursumus defendamus, de illorum salute non verè poterunt esse solliciti, qui sibi ad regendum, Domino disponente, commisi sunt. Eapropter, venerabilis in Christo frater Gebennensis Episcopo, tuis iustis postulationibus gratum impertimur assensum, & præfatam Gebennensem Ecclesiam, cui Deo auctore præesse dinosceris, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut ea, quæ charissimus in Christo filius noster Romanorum Imperator, qui Regale jus pertinentia, tibi & Ecclesie tuæ intra Civitatem Gebennensem & extra, pietatis intuitu noscitur legitime contulisse, & scripti sui paginâ roborasse, sicut in ipso scripto continetur, tibi tuisque successoribus auctoritate Sedis Apostolicæ integrè confirmamus, & hujus privilegii munimine roboramus. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona, eadem Ecclesia impresentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permanent. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, supradictam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva nimirum in omnibus Apostolicæ Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem Loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Exordium.

Ecclesiam Gebennensem sub protectione suscipimus, & largitiones ab Imperatore Episcopo & Ecclesia factas confirmat & roborat.

Possessiones quascumque illibatas conservari jubet.

Vexationibus que fatigari veiat.

Pena contra venientium.

Pax servandus.

Subscriptio EGO ADRIANUS Catholice Ecclesie Episcopus.

& Sigillum



- Ego Manfredus Presbyter Cardinalis tituli sancte Sabine.
Ego Gregorius Sabinensis Ecclesie Episc.
Ego Gerardus Cardinalis tituli sancti Stephani in Celio monte.
Ego Henricus Presbyter Cardinalis tit. SS. Nerei & Achillei.
Ego Otto Diaconus Cardinalis tit. S. Georgii ad Velum aureum.
Ego Rodolphus Diaconus Cardinalis in Septa sancte Lucie.
Ego Guido Diaconus Cardinalis sancte Marie in Porticu.
Ego Otto Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano.
Ego Arditio Diaconus Card. S. Theodori.
Ego Boso Diaconus Cardin. SS. Cosmae & Damiani.
Ego Albertus Diaconus Card. S. Adriani.
Datum Lat. per manum Rolandi S. R. E. Presb. Card. & Cancellarii. XII. Kal. Junii Indictione V. Incarnationis Dominicæ anno MCLVII. Pontificatus vero Domni Adriani Papæ IV. anno III.

Dat. die 21. Maii anno Dom. 1157. Pontamoll.

Ex Tom. V. Ital. Sac.

Exordium

Adhortatio ad Henricum Patriarcham ut iustitiam in omnibus servet.

Postolica officium dignitatis creditæ nobis, & dispensationis debitum utiliter exequi comprobamur, cum collatam unicuique Ecclesie dignitatem provida sollicitudine custodimus; & singulis Ecclesiis iura sua illibata studemus & integra conservare; sicut etiam nulli, ultra quam mereatur, aliquid est a Sede Apostolica favore gratiæ concedendum. Quam itaque majori es prerogativa supernæ respectu gratiæ sublimatus, tantò solertius tibi est attendendum, ut in corrigendis subditis plus apud te possit ratio quam potestas; atque te boni dulcem, mali verò pium sentiant correctorem; personas diligas, & subditorum vitia persequaris; ne si agere aliter fortè volueris, transeat in crudelitatem correctio, & perdas quos desideras emendare: sique vulnus debes abscondere, ut non

possis, quod sanum est, ulcerare; ne, si ferrum plusquam res exigit, imprimatur, noceat cui prodesse festinas; sed alterum condatur ex altero, quod & boni habeant amando quod caveant, & mali metuendo, quod diligant. Eapropter, venerabilis in Christo frater Henrice Patriarcha, tuis postulationibus grato concurrentes assensu, Gradensem Ecclesiam, cui auctore Deo præesse dignosceris, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Igitur Prædecessorum nostrorum fel. mem. Pelagii, Alexandri, & Urbani III. vestigiis inherentes, illius præcipue constitutionis tenorem servantes, quam Prædecessor noster Leo IX. Papa sanctissimus, & synodali iudicio, & privilegio paginâ confirmavit, tibi tuisque successoribus canonicè substituendis patriarchalem concedimus dignitatem, & magistrum Gradenis Ecclesie gerendi in iis tamen finibus confirmamus, qui per supradictos Prædecessores nostros eidem nosecuntur Ecclesie constituti. Crucem quoque ante te ferendam etiam concedimus, nisi cum Romæ fueris, aut in præsentia Romani Pontificis, vel comitatu, Pallium etiam fraternitati tue, in plenitudinem videlicet pontificalis officii, ex Apostolicæ Sedis liberalitate largimur: quo intra Ecclesiam tuam ad Missarum solemniam celebranda uti memineris eis diebus, quibus prædecessores tuos non ambigimus usos fuisse: videlicet in Nativitate Domini, Epiphania, tribus festivitibus sancte Marie, Cæna Domini, Sabbato sancto, Resurrectione Domini, Ascensione, & Pentecoste, in natalitio S. Joannis Baptistæ, & omnium Apostolorum, in festivitibus quoque S. Marci, S. Protomartyris Stephani, Laurentii, S. Martini, in solemnitate omnium Sanctorum, & principalibus Ecclesie tue festivitibus, necnon in Ecclesiarum, Episcoporum, & ceterorum Clericorum consecrationibus, & Anniversario consecrationis tue Diocesis. Præterea, ne commissa regimini & dispositioni tue præfata Gradenis Ecclesia, quæ de benignitate Apostolicæ Sedis prerogativa gaudet honoris, ex brevitate Patriarchatus inferior & abjectior valeat apud simpliciores haberi, & ad ampliandam dignitatem ipsius, Primatum ei super Jaderinum Archiepiscopatum, & Episcopatus ipsius, apostolica autoritate concedimus; & tam te quam successores tuos Jaderino Archiepiscopo & Episcopis ejus, qui pro tempore fuerint, dignitate Primatus præsidem statuimus, & consecrationis munus eidem Archiepiscopo impertiri: Romano quidem Pontifici traditione Pallii reservata; Statuimus etiam, ut quæcumque bona, quascumque possessiones, quæ eadem Gradenis Ecclesia iustè & canonicè possidet, aut in futurum iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant. Porro Ecclesias, religiosas Episcopis Gradenis Ecclesie oblatas, per Patriarchatum tuum constitutas, tibi tuisque successoribus liberè confirmamus: ita ut nulli Episcopo liceat absque tuo assensu in eis consecrationes celebrare, aut Sacerdotibus in eisdem Domino servientibus, donec in locis ipsis fuerint, divina officia prohibere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, supradictam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vexationibus laedere; sed illibata

Dignitatem patriarchalem eidem confirmat iura statutos a Prædecessoribus Pontificibus terminos.

Cum ceteris honoribus, & insignibus.

Primatum ei super Jaderinum Episcopatum conce. dit.

Reservata tamen Rom. Pontifici Pallii traditio. Confirmat in super eidem Ecclesias omnes, & bonas ad Graden. Ecclesiam pertinentia.

Solite conclusiones.

omnia

Hadriani PP.

& S. R. E. Card. sub- scriptiones.

- omnia & integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona &c. EGO ADRIANUS Catholice Ecclesie Episcopus.
Ego Imarus Tusculanus Episcopus.
Ego Cintius Portuensis & sancte Rufine Episcopus.
Ego Guido Presbyter Cardinalis sancti Chrysgoni subsc.
Ego Ubaldus Presbyter Cardinalis tit. sancte Praxed. s.
Ego Manfredus Presbyter Cardinalis tit. sancte Sabine s.
Ego Julius Presb. Cardinalis tituli sancti Marcelli s.
Ego Ubaldus Presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Hierusalem s.
Ego Octavianus Presb. Card. tit. sancte Cæcilie subsc.
Ego Joannes Presbyter Cardinalis SS. Joannis & Pauli tit. Pammachii.
Ego Joannes Presb. Cardinalis tituli sanctorum Silvestri & Martini s.
Ego Otto Diaconus Cardinalis S. Georgii ad Velum aureum s.
Ego Guido Diaconus Cardinalis sancte Marie in Aquiro.
Ego Jacintus Diac. Cardinalis sancte Marie in Cosmedin.
Datum Later. per manum Rolandi S. R. E. Cardinalis & Cancellarii, Idibus Junii, Indict. V. Incarnationis Dominicæ anno MCLVII. Pontificatus vero Domni Adriani Papæ IV. anno III.

Dat. die 13. Junii anno Domini 1157. Pontificatus vero Domni Adriani Papæ IV. anno III.

Concil. edit. Venet. Tom. XIII.

Exordium

Romana Ecclesia exoritur Caput & Magistra.

Joan. 21

XVIII. Concessio Patriarche Gradeni, ut Constantinopoli, & in aliis Urbibus Imperii Constantinopolitani, in quibus Veneti plures habent Ecclesias, Episcopos ordinare & consecrare possit.

Adrianus Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Henrico Gradeni Patriarche salutem & apostolicam benedictionem.

Inter omnia Cæli sidera, quæ ad decorem mundi, & usum hominum, in principio Sapientia Divina formavit, Solem voluit claritate luminis præminere: cujus ortus & diem terræ infunderet, & noctis tenebras propulsaret. Conveniens namque fuerat, quod eò præstantior ceteris sideribus haberetur, quò specialiter in ipso formationis exordio, ut singulariter præfesset diei, de superni munere conditoris accepit. Sic nimirum Redemptor, cum Ecclesias veluti micantes stellas in diversa mundi climata latius propagasset, sacrosanctam Romanam Ecclesiam, cujus B. Petrus Apostolorum Princeps extitit gubernator, tamquam splendendum Solem, omnibus superest, & singulas ei Ecclesias, utpote membra suo Capiti, statuit Ecclesias subjacere. Quæ ex illis verbum manifestius declaratur, quibus eundem Petrum est Dominus allocutus: Si diligis me, pascere oves meas.

Bull. Rom. Tom. II.

Et alibi: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Petra verò, supra quam legitur esse fundata, nullas scissuras recipit, nullas patitur sectiones. Hoc idem rursus demonstratur, cum dicitur: Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis; & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis. Ipsi quoque & propria firmitas, & fidei alienæ confirmatio data est, quando a Magistro audire meruit: Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua; & tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Istis itaque & aliorum rationibus Sancta & Apostolica Ecclesia, quæ cælesti privilegio inter alias obtinet principatum, tamquam ab ipso Capite Domino Jesu Christo prerogativam accepit, ut auctoritatem habeat singularem universis per orbem terrarum Ecclesiis providendi, & discretæ in eis consideratione statuere, quæ cognoscit statuenda. Nobis igitur, qui licet insufficientibus meritis vices Apostolorum Principis in Sancta Ecclesia suscipimus exequendas, providendum imminet attentius, & agendum, ut secundum uniuscujusque dignitatem & statum Ecclesie, honor ei debitus impendatur, & cum salute populi fratribus nostris provida sollicitudine deferatur. Hac siquidem consideratione, venerabilis in Christo frater Henrice Patriarcha, inclinati, iustis postulationibus tuis gratum impertimur assensum; & tam devotioni tuæ, quam honori & utilitati Gradenis Ecclesie, cui Deo auctore præesse dignosceris, deferre volentes, tibi & successoribus tuis auctoritate Apostolica duximus concedendum, ut in Constantinopolitana Urbe, & in aliis Civitatibus, in Constantinopolitano dumtaxat Imperio constitutis, in quibus Veneti plures habent Ecclesias, ubi videlicet eorum multitudo consuevit assidue convenire, liceat vobis Episcopum ordinare, & absque alicujus contradictione munus ei consecrationis impendere. Ut igitur hæc nostra concessio perpetuis temporibus inviolabiliter observetur, eam auctoritatis nostræ præfido roboramus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis & confirmationis infringere. Si quis igitur &c. EGO ADRIANVS Catholice Ecclesie Episcopus.
Ego Imarus Tusculanus Episcopus.
Ego Cintius Portuensis & sancte Rufine Episcopus.
Ego Guido Presbyter Cardinalis tit. sancti Chrysgoni subsc.
Ego Ubaldus Presbyter Cardinalis tit. sancte Praxedis.
Ego Manfredus Presbyter Cardinalis sancte Sabine subsc.
Ego Julius Presb. Card. tit. S. Marcelli.
Ego Ubaldus Presb. Card. tit. sancte Crucis in Hierusalem.
Ego Octavianus Presb. Card. S. Cæcilie.
Ego Joannes Presb. Card. SS. Joannis & Pauli tit. Pammachii.
Ego Joannes Presbyter Card. tit. SS. Silvestri & Martini.
Ego Otto Diac. Card. tit. S. Georgii ad Velum aureum.
Ego Guido Diac. Card. tit. S. Marie in Aquiro.
Ego Jacintus Presb. Card. tit. S. Marie in Cosmedin.

ibid.

Luc. 22

Ejus est curare Ecclesiam providere

Gradeni Patriarcha jus datur ordinandi Episcopos per Imperium C. P. Roboratus hujusmodi concessio.

Hadriani PP.

& S. R. E. Card. sub- scriptiones.

Da.